

§. XIX. Ineatur ratio, qua, sublati licentia, ac facultatibus haecenus quibuscumque concessis, degentes extra Conventus claustra, ad ea quamprimum revocentur, nec de cetero, nisi ex gravissima causa a Sede Apostolica probanda, huiusmodi facultates concedi possint.

§. XX. Nulli impostum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet provincia deputandis.

§. XXI. Carent Superiores, ut constitutio interdicens largitiones munerum, & praescribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet conventu inviolabiliter observentur.

§. XXII. Ut omnis officiorum ambitus occasio pracludatur, caveant omnes a directa, vel indirecta vocatione, seu suffragiorum procuratore, tam pro seipso, quam pro aliis, tum in capitulis locorum, tum in ceteris, praesertim generalibus capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, praeter alias penas, & censuras haecenus contra huiusmodi ambientes inflatas, quas in suo robore permanere volumus, in poenam privationis officiorum, quae obtinent, eo ipso incident, & ad futura quaecumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari a nemine possit, nisi a nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Porro supra dictas omnes penas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

§. XXIII. In Superiorum, & officialium electionibus forma praescripta a sacro Concilio Trid. & Ordinis constitutionibus inviolabiliter servetur, jurentque electores secundum veritatem cuiusque conscientiae probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea proutquam ad electionem deveniantur, imprimis, & ante omnia praegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & Praelaturas, illi praecipue eligantur, qui possint, & consueverint Regulas Ordinis, & constitutiones observare, praesertim quae pertinent ad servitium chori, ac vestitum, & victum communem.

§. XXIV. Eligantur in capitulo Generali vel provinciali aliquot graves, & periti ex Fratribus cujuslibet provinciae saltem tres, qui ad mittendos ad praedicationem Verbi Dei, vel ad audiendas confessiones, etiam ipsorum Fratrum, ac lectores publicos diligenter simul examinent, proutquam probentur, & ad huiusmodi ministeria admittantur. Horum etiam cura sit, examinare, & probare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores, promovendos ad quoscumque ordines in quo servetur decretum congregationis interpretum Sacri Concilii Trid. hac de causa nuper editum, & promulgatum.

§. XXV. Illud porro Superiores omnes in Domino admonemur, ut memores sint rationis, quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso; ac propterea omnino studio invigilent, ut quae in eorumdem Ordinis Regulis, & constitutionibus de oratione mentali, silentio, jejunio, capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad unguem observentur, intelligantque super his veluti fundamentis omnium religionum aedificanda, & amplius ad esse, quae ut faciliorem exitum fortiantur, & fructus uberiores in animis Fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conventu singulis hebdomadis habeatur sermo de Religiosa disciplina, Regularique observantia.

§. XXVI. Quo vero omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo uniuscujusque Conventus, in qua distinctè adnotetur, quid singulis horis cuiusque diei quilibet Frater praestare debeat, ut certo quoque signo praemonitus majori animi preparatione suo muneri satisfacere possit. Quae Ordinis constitutiones his decretis non adversantur, & inviolatè custodiendae erunt.

§. XXVII. Quibus horum decretorum capitibus certa poena praescripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur.

§. XXVIII. Ut autem haec decreta (donec alia, quae ad pleniorum supra dicti Ordinis reformationem faciant, edantur) ab omnibus observari possint, districte praecipimus Generali, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorumdem Ordinis constitutiones perpetuo valituras redigi, interdita omnino eorum singulis facultate. Has declarandi & adversus eas unquam dispensandi. Alioquin sciant se in poenam Generalis, & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuae ad alia quoque munera, ipso facto, & sine ulla exceptione respectu incidisse.

§. XXIX. Ne vero praetextu dilatae publicationis eorum observatio quoquo modo differri possit, aut impediri, volumus, ut post illorum publicationem in Conventu S. Marcelli de urbe factam, Generalem, aliisque Ordinis superiores,

caeterosque quoscumque Fratres praesentes statim, reliquos vero absentes citra montes, unius mensis, ultra montes trium mensium cursu decreta supra dicta publicari faciat, sub poena privationis Generalis, arbitrio nostro imponendis.

§. XXX. Insuper mandamus, quod Generalis in singulis conventibus citra montes unius mensis, ultra vero montes trium mensium cursu decreta supra dicta publicari faciat, sub poena privationis Generalis, arbitrio nostro imponendis. Datum Romae apud S. Petrum, die vigesima quinta mensis Julii, millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

§. XXXI. Decretum illud, quo Fratres Romae petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permissum est, sanctitas sua extendi ad provinciale decrevit, ita, ut provincialis ipse ex causa communi totius provinciae dumtaxat facultatem huiusmodi facere valeat, declaravitque poenam privationis vocis activae, & passivae contra facientibus infligendam, sanctitati suae reservatam esse; interdita omnino eorum superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate, illa moderandi, & relaxandi.

Datum Romae, die 20. Martii 1601.

Hec Bulla habetur in Bullario Cberubini tom. 3. pag. 79. Regularium Novitiorum Receptio.

Decretum Clementis VIII. Super Receptione, et educatione Novitiorum Religiosorum in Monasteriis, Conventibus designatis, vel designandis.

Um ad Regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit, ac necessaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam praeceptorum Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuisse competentem sit, quam, vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum Spiritu, an verè esset ex Deo, atque ex praecipuo desiderio illi inseriendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque inducendis. Idcirco, ut huiusmodi incommoda deinceps occurrant, praecipitur omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, & in eorum institutione, atque educatione, nec non in Magistris, & aliorum Ministrorum electione, praeter alia, quae in sacris Canonibus, ac Decretis, praesertim Conc. Trid. Pontificiis, & cujuscumque Ordinis, aut instituti constitutionibus continentur, tum in aliis designatis, quam nunc, & impostum ad hoc designandis Monasteriis, & conventibus, haec, quae sequuntur, inviolatè observari, & exequi perpetuo curent.

Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quae habenda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita antea acta, ac praecipue eorum, qui sextum decimum aetatis suae annum excedent, an criminosis, ac aere alieno gravati, vel reddendae alienae administrationis rationi obnoxii sint, iuxta formam constitutionis sel. rec. Sixti V. & moderationum subsecutarum: Illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis, & conventibus, ex Apostolica facultate Novitiatu fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus impostum admittatur, qui, & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones sacris Canonibus, summoque Pontifici constitutionibus non habeat iuxta decretum super formam recipiendi novitios die 19. Maij 1602. editum.

Quisq; recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea sit aetate constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, & ordinationes requirunt; eam vero litterarum scientiam calleat, aut illius addiscendae spem indubiam praeserferat, ut, minores, & suis temporibus majores Ordines iuxta Decreta Conc. Trid. suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens, ad habitum regulare admitti postulaverit, & talis eruditionis expertus in veritas fuerit, in conversorum tantum, quibus litterarum scientia non est necessaria, numerum referatur. Ipsi autem conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, & nisi saltem praecipua Doctrinae Christianae capita noverint.

Demum Superiores diligenter inquirent, quo spiritu, qua mente, ac voluntate, id regularis vitae genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, & ut Deo liberius famulari possint: an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animo ducantur, & an eorum Parentes, ope, & subsidio ipsorum indigentes desistantur.

Provideant quoque, ut omnes etiam conversi recipiendi, proutquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de Regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, et aliis cujusque Ordinis particularibus institutis, et constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est ne dum conversos ad professionem admittendos, verum, et oblatos,

tos, ut vocant, recipere, circa ipsorum oblatorum receptionem unaqueque religio suas peculiarias constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, & in locum novitiatu introducti fuerint, per Generalem omnium peccatorum Confessionem totius antea vitae conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod vero ad loci qualitatem uniuscujusque Novitiatu spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conventus, & Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis, singuli lectuli commodè sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, e jusque socio reperitur.

In eo etiam, praeter alias communes commoditates, aptus locus adit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac Lectiones, Instructionesque Magistri audiendas, & in quem Hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

Oratorium insuper, seu capella, si commodè fieri poterit, ad novitios in spiritualibus, praesertim in caeremoniis, Ecclesiasticisque functionibus exercendis.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus adit; si minus, hortum caeteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsi vero Novitii ibi commemorantibus, curabit Magister, cum loci Superioris auctoritate, (si opus fuerit) ne in eumdem quiescat alius ingrediatur.

Ad huiusmodi locum Novitiatu nemini ejusdem, vel alterius Ordinis regulari, etiam Conventus, & Monasterii Officiali, ullo unquam tempore, sub quovis praetextu, aditus pateat, praeterquam Magistro, e jusque socio, ac etiam Monasterii, seu Conventus Superiori, si quodcumque ingrediendum sibi necessario exitum fuerit: quo tamen casu aliquem semper ex Senioribus Conventus, & Monasterii Patribus locum assumat.

Huius loci clausurae clavis apud Magistrum semper asservetur, illiq; soli liceat ex gravi tantum causa ingressum illum alicui permittere. Si quis autem Novitiorum quempiam alioqui voluerit, Magistro praesente, & non aliter alloquatur.

Novitiorum Magistro socius, si per Novitiorum instruendum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quae ad Novitiatu Regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus existat, eligaturque tam Magister, quam Socius per Provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiusmodi subituri. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatu concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum, & Socii huiusmodi in his novis locis per Generalem, seu Ministrum, aut eorum visitatores seu Vicarios, de Deservitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum consensu fieri permittatur, idemque servetur, si intra Triennium, alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa, ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in casus, vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant.

Tam Novitiorum Magister, quam Socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeat, quae Novitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister Sacerdotali ordine fit initiatus, ac in quinto saltem supra trigimum aetatis suae anno constitutus, & per decennium a professione emissa in Religione persistit: Socius vero trigessimum annum excedat, tuncque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitae etiam antea exemplis praestantes. Orationis praeterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque repleti, non sine assiduitate graves, zelum Deicum mansuetudine praeserferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ab ira praesertim, & indignatione, quae in se, & erga alios charitatem impedire contulerunt, quam longissime alieni, & tales demum, qui in omnibus seipso bonorum operum exemplum praebant, ut ii, qui eorum curam subsunt, illos non tam metuant, quam reverentur, nec illis unquam detrachere quicquam possint.

Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Novitiorum Instructionem, ac Novitiatu regimen, ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligenter, ut Novitii omnes in Regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque praecipue Divinae, qua digni facti sunt, vocationis praesentiam, & Excellentiam, qua vera sit, atque perfecta votorum solemniam, & quam necessaria cujusque Ordinis constitutionum observantia: Modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuosè persistendi, illicitas passiones, & vitia, ad quae natura per

peccatum labefactata, omni tempore prona est, atq; proclivis, per sensum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, cilicia, disciplinas, conscientiam puritatem, crebra illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis praesertim, quae bis saltem singulis mensibus fiat, per attentionem quotidianam motuum interiorum, cordis: & tentationum, manifestationem per exercitium humanitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnamque silentium.

Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat uniuscujusque secundum propriam capacitatem, & Ordinem sibi a Magistro praescriptum, ac pluries in die propriam conscientiam uniuscujusque examinare contendat, ipsi autem Magistro soli, Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per alium ab eo deputandum semel, aut bis in anno eorumdem Novitiorum confessiones audire.

Quotidie Missae Sacrificio intersint, & statutis horis in choro, nocturnis, diurnisque Divinis officiis assistant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quae in solitario loco, & commode extra Novitiatum semel in hebdomada, vel in alterius saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro praesente, vel socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disjuncti, atque eo tempore cujusque, in quam natura feratur, propensionem scrutentur.

Non liceat eis, durante Novitiatu, & probationis tempore, unà cum Professis, nisi in choro, & in Ecclesia, tempore officiorum, in processioneibus, aut in cenaculo, causa refectionis commorari, nec permittatur eis Professos domo exeuntes comitari.

Pro communibus, & propriis cujusque necessitatibus, quae accidere possunt unus ex Novitiis ipsis, aetate, moribusque provektor deputetur, qui absente socio, Magistro permitte, omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam januae custodia, & rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit.

Cum autem, licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse praecipua, conversorum tamen Religiosa instructio non sit praetermittenda, quin potius aequanimiter amplectenda, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum Regulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christi fidelibus aedificationem, exemplum, atque utilitatem afferre, conversis ipsis a Clericorum Novitiatu separatis ad dormiendum locus (quantum commodè fieri poterit) assignari praecipitur. Illi tamen hac separatione non obstantè, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conventuum, iuxta cujusque ordinis statuta, & constitutiones subditi esse, & obedientiam praestare debebant, a qua non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, praesertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt: quod ut commodius fiat, ad capitula, & spirituales conciones, quae per Magistros Novitios fieri solent, accessum debeant, & in Ecclesiis, statutis horis, conveniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Tempore vero probationis elapso, si tantum, qui non solum Religiosa perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti, novo, ac diligenti examine reperti fuerint (dummodo aetatis suae annum, quoad Clericos decimum sextum, quod vero ad conversos, vigesimum primum exegerint) ad professionem admittantur. Sed qui ad conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis non possint.

Superior cujuslibet Conventus, in quo Novitiatu fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo novitii professio registrerur, illamque Novitius professus propria manu & duo testes, qui praesentes fuerint, subscribant.

Conversus vero litterarum ignarus Professor, in eorumdem testium, qui se subscripserint, praesentia, propria manu, signum Crucis apponat, asserveturque liber, & custodiatur in Archivio, ubi Scriprurae ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, ut Novitios educandis certa Monasteria, aut Conventus designatos quilibet ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiationis usus est, eos, quos praenarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios, iuxta cujusque ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cum iuxta praesentes Institutiones, & alias servatis servandis ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Novitiatum cum testimonialibus litteris transmittere, ubi tamquam dilectorum Con-



ventum, seu Monasteriorum filii eorumdem nomine, & iustitiam recipi, ac in Novitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu conventus filiationis huiusmodi remittantur, in Professorio, ad perfectionem, ut primum est, exerceri debeant.

Porto ne loca unius Monasterii, seu Conventus ab alio preoccupentur, capituli generalis, aut Provincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) iure, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere, quæ magis expedire videbitur.

Uc autem Novitii jam in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti, melius in bono spiritu, regularisque disciplina observantiam stabiliantur, & confirmantur, mandatur, ut statim post Professionem emissam, si in Conventibus aut Monasteriis pro Novitiis assignatis locis aderit secundi Novitiatu, sive Professorii, ab ea, quæ Novitiatum est, atque antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium, aut Conventus eos alere queat: sin minus, in alium commodorem Conventum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Novitiatum supranarratis reperitur, vel accommodetur, aut de novo construatur.

Ab hoc tamen illæ Religionis excipiuntur, quæ suarum constitutionum, seu Institutorum vigore, majoris temporis cursu, non Professos intra Novitiatum detinere consueverunt, quibus in hac parte non derogatur; Illis tamen permittitur, ut prædictis earum constitutionibus non obstantibus, idipsum facere possint, si id rationi, ac Religiosi magis expedire iudicaverint: quibus in locis degant sub Regulis, & modo vivendi adhuc æquiori, quam servent antiquiores professi, ita, quod in negotiis Monasteriorum, aut Conventuum non se intrinseccere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ Officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem Sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem devenierint, vel saltem per triennium post Professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimo, & debent litterarum studii operam navare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen, quod propter præmissa non censetur concessa licentia recipiendi Novitios in locis, nisi Novitiabus designatis, aut impostum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & Ordine Superiores sunt, & alii, ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebant, privationes, gravioresque pro modo admittæ culpæ penas se subitura certo sciant.

Dat. Romæ apud S. Petrum die 19. Martii 1603. Ant. Seneca Reformationis Apoll. Sec. Hæc Bulla habetur in Bullario Cherubini, tom. 4. pag. 68. Tertiiorum Habitus.

Decretum S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, contra Tertiarios, & Eremitas, qui sine legitima facultate Superiorum Ordinis, Habitum ejusdem Ordinis assumunt, & cum eo, vel alio simili, quaesivando vagantur.

Anno 1686. Ex parte Patrum Procuratorum Ordinis nostri, Sanctissimo sic fuit expositum: Beatissime Pater, &c. Infrascripti Seraphicæ Religionis Procuratores Generales, Sanctitatis vestræ humillimi filii, & oratores, ad vestros sanctos Pedes prostrati supplices exponunt, qualiter inter varias callidas artes, & astutias (quibus infensissimus animarum hostis prædictam pauperem Religionem molitur deprimeri, & deigrare) exstet intolerabilis. & satis frequens abusus, quo nonnulli sub prætextu vitam Evangelicam proficendi, aliquando sine ullis licentiis, aliquando cum licentiis falsis legitimis, audent se induere Habitum ejusdem Religionis, quorum maior pars etiam cum caputio, in eodem Habitu vagantes, soli per civitates, & oppida, & conversando in publicis tabernis, quaesivantes denarios, & committentes id genus, aliavè indigna facinora, unde vilipendium Habitui, & continuo scandalum Religionis coram sæculo inferunt.

Ad obviandum huic gravi, & intolerando abusu, ex zelo Apostolico Gregorius Pape IX. Pauli II. & deinde hinc memorie Urbani VIII. applicatū fuit opportunum remedium, aufere ab omni Persona extra Ordinem, auctoritatem concedendi similibus Eremitis Habitum Franciscanorum, prohibendo etiam stridē sub pena gravis censuræ, & carceris, iisdem Eremitis, vel præteritis Tertiariis, gerere habitum ejusdem Ordinis. Nunc autem, cum prædictæ Apostolicæ constitutiones sint oblivioni traditæ, aut ignoratæ, aut falsò præcedantur abrogatæ, cum gravissimo sæculi scandalo, & ingenti Religionis præiudicio, videntur ubique, & sine fine

multiplicari similes homines, qui (ut liberius inde quarant sibi victum, fingentes se Religiosos Professos) perstunt in sua irregulari forma vivendi, & quasi essent exempti à foro Sæculari, & Regulari committunt in dies multas graves, & enormes indignitates, quæ patenter redundant in dedecus Religionis. Hoc inconveniens autem ortum habet, partim quia ignoratæ, partim quia oblivioni traditæ sunt prædictæ Apostolicæ constitutiones, quandoquidem nonnulli extant Religiosi subditi, & Guardiani indiscriminatum, qui ob suos fines particulares ignorant, quid sit Religio. Multi etiam sæculares Habitum tertii Ordinis induunt quosdam Ordinarii, & illorum Secretarii sine ulla auctoritate, ob suos fines particulares, concedunt Patentes nonnullis Eremitarum cum habitu, multi autem seipsos absque ulla licentia eodem induunt, ut ed liberius possint vagari.

Ad evitandum hoc inconveniens ordinatum fuit à Gregorio IX. in Brevi. Regularum vitam &c. Sub pena excommunicationis, prohibente cuicumque Eremitæ, & Tertiario Franciscano, illum non posse portare Habitum Franciscanum, & omnes qui inventi fuerint, talem Habitum gestare, ab Ordinariis cogendos esse, ut hunc deponant, & diebus festis inter Missarum solemnias denuntientur excommunicati. Et Urbanus VIII. in Brevi. Cum scis dilectus &c. Subiunxit, nullum nisi professum, posse sine licentia Superiorum Ordinis in scriptis obrenta, gestare tunicam aut Habitum cum mantello, vel sine, vel cum capucio. Si quis autem in hoc delinquens fuerit reperiatur, illum ab ordinariis locorum carere multandum variisque penis cogendum esse, ut similia indumenta deponat. Circa capucium autem expressè ordinat, ne illud talibus ullatenus concedatur, aut ab Ordinariis locorum, aut à Superioribus Ordinis, aut etiam à nuntiis Apostolicis. Et qui culpabilis in hoc fuerit inventus, quod debeat irremissibiliter carceri mancipari, ab iisdem Ordinariis Habitu spoliari, aliique penis puniri. Quapropter rogatur humiliter Apostolicis zelus Sanctitatis vestræ, quatenus dignetur renovare prædictas Bullas Gregorii IX. Pauli II., & Urbani VIII. & expressam declarationem adungere, ut nulli extra Religionem talis habitus, etiam sine capucio, concedi possit, &c.

Hic libellus supplex cum aliis, quæ in ipso pro efficacie remedio subijungebantur, à Sanctissimo fuit remissus ad S. Congregationem negotiis Episcoporum, & Regularium præpositam, à qua (re maturè considerata) sequens Decretum emanavit.

S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, stante remissione libelli per Sanctissimum Dominicum nostrum facta, & attentis narratis, censuit injungendum, prout præteritis Decretis tenore injungit Ordinariis locorum, ut supradictas constitutiones Apostolicas juxta earum tenorem, executioni omnino demandent. Dat. Romæ, 21. Martii 1686.

Hoc Decretum videri potest in Tertia Seraphica vinea R. P. Engelberti Pauk cap. 18. num. 79.

Sequentes quatuor Bullæ etiam possunt referri ad Vers. Indulgentiæ.

Indulgentiæ Tertiiorum Concessæ à Clemente V. Summo Pontifice. CLEMENS EPISCOPUS Servus Servorum Dei.

Dilectis in Christo Filiis, & Filiabus, Fratribus, & Sororibus Venerabilis Tertii Ordinis de Penitentia, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum illuminatum sit cor nostrum, & illustratum Spiritu Sancto, cum affectu devoto, & pietate, concedendi liberaliter, & donandi cum prompta manu, beneficia Locis piis, & devotis Personis, specialiter dilectis Fratribus, & sororibus Venerabilis Tertii Ordinis S. Francisci, in omni parte Terrarum, ubi degunt: in quali Ordine certò reperiuntur multa beneficia pro salute animarum. In respectum tanti Ordinis totum mundum illuminantis, ad dicti Venerabilis Ordinis majorem exaltationem, & honorem virtute præsentium litterarum manifestum sit omnibus Fratribus, & sororibus dicti Ordinis, quod omni vice, quando conveniunt in simul, saltem quoad majorem numerum, in uno deputato loco, & ibidem legitur dicta Regula, vel de ista Regula fiat memoria vel mentio, etiam peregrinis, & extraneis, qui non sunt de ista Regula, considerando illorum merita: Concedimus ex Jugi fonte Divinæ gratiæ, 560. dierum indulgentias, pro singulis, una vice, in mense, quando lecta erit ista Regula. Datum Burdigalæ in Francia, die 8. Mensis Maij 1305. Pontificatus nostri Anno secundo.

Hoc Brevè videri potest apud P. Lantusa idiomate italico, fol. 34. de Reg. 3. Ordinis, & apud P. Engelbertum Pauk, in Tertia Seraphica vinea, cap. 16. num. 70.

Circa Bullas, & Brevia Indulgentiarum. Uod in plurimis Bullis, & Brevibus Indulgentiarum fit mentio: Notarii, ac Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, ubi ex P. Gobato &c. de Indulgentiis, part. 2. c. 22. n. 610. Sciendū Notarios esse, qui à legitimo Magistratu jus habent conficiendi publicam, & authenticam auctoritatem obtinentia instrumenta, seu scripturas, quales quidem Notarios creandi jure gaudet quivis Jurisdictionem obtinens, seu in foro civili, seu Ecclesiastico, ac observat inter ceteros Quintanadvenas in Appendice iv. 3. dub. 6. n. 2. merito subdeas n. 4. Quando Bullæ Pontificiæ ad fidem faciendam requirunt subscriptionem Notarii publici, sufficere, si subscribat Notarius creatus à Magistratu civili, nec enim suppetit ratio, cum verba Pontifici generaliter loquentia de Notario, non intelligantur generaliter, & cur jure non distinguente distinguamus. Nec est necesse, ut Bulla, quæ publicatur pro urbe, v. g. Salisburgensi, subscripta sit à Notario, quæ approbavit Magistratus Ecclesiasticus, aut civilis hujus Urbis, sed sufficit esse legitime creatum à quocumque demum Magistratu, Etenim Papa admittit ad talem actum quemlibet verum Notariū, ut patet ex Bullis, & tradit Quintanadvenas l. c. n. 3. subdens n. 6. non solum vulgò dictos Notarios, sed etiam Secretarios dignitatis Episcopalis, vel alicujus Religionis sufficere ad subscriptionem authenticam ejusmodi indultorū: quare cum Socii RR. PP. Provincialium in diversis Religiosis Ordinibus soleant esse, & vocari Secretarii, sufficit huc eorum Ch. rographum.

At per Personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, quarum sigilli appressione præter publici Notarii subscriptionem exigunt Bullæ, & Brevia Pontificia, intelliguntur ea, quas Doctores differentes de Materia Beneficiorum Ecclesiasticorum, dicunt habere propriè dignitatem, notantes dignitatem Ecclesiasticam esse propriè Spirituales Præmunitiam cum Jurisdictione in foro externo, ut inter Theologos observat Joannes Azorius Instit. Mor. l. 1. c. 13. q. 7. Inter Jureconsultos Rebuffus in l. de verb. signif. Indulgentiæ Confratrum Chorde S. Francisci, & Fratrum Tertii Ordinis de Pen.

INNOCENTIUS PAPA XI. Venerabilis Frater, & dilecti filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Xponi nobis nuper fecit dilectus Filius F. Franciscus Diaz à S. Bonaventura, in Romana Curia pro Familia Ultramontana, obediencia, seu directionis Ministri Generalis totius Ordinis FF. Min. subiecta, Commissarius Generalis, quod aliàs ad favorem dilectorum Filiorum utriusque sexus Confratrum Chordæ S. Francisci, & Fratrum Tertii Ordinis de Penit. emanarunt à diversis Pontificibus Prædecessoribus nostris litteræ in forma Brevis expeditæ.

Primò. A felicis record. Paulo Papa V. Sub die 25. Sept. 1607. incipientes Verbo: Nuper &c. Secundò. A Pia Mem. Gregorio XV. 26. Junii, incipientes Verbo: Alias &c. & continentes tenorem Aliarum Bon. Mem. Sixti V. etiam Prædecessoris nostri. Tertio. Ab eodem Papa Gregorio XV. 10. Nov. 1622. incipientes: Pias Christi &c. Quarto. A Pia Mem. Alexandro Papa VII. pariter Prædecessore nostro 28. Julii 1657. & deinde à Nobis 28. Junii, ac postmodum 5. Sept. 1686. quibus inter alia communicatur inter ipsos sexus utriusque Tertiarios, & Confratres, seu ipsi ipsi Tertiarii, ac Confratres Religiosis diversorum Ordinum, & conceduntur, seu confirmantur diversa privilegia, statuta, concessiones, & Indulgentiæ, ille præcipue: pro recitatione Coronæ B. V. Mariæ, à dicto Paulo V. 8. Junii 1608. Et pro statione SS. Sacramenti: Et exercitio Vig. Crucis, etià à nobis, prævis supradictis Litteris, sub dictis diebus, 28. Junii, & 5. Sept. impartitæ, & innovatæ: imò etiam Decretum à Congregatione indulgentiæ, & reliquiis præposita) sub diebus 14. Jan. & 15. Jul. 1681. formata. Et licet à nemine Litterarum, privilegiorum, Statutorum, Concessionum hujusmodi, & indulgentiarum executio impediiri valeat (etiam non obstantibus quibuscumque conditionibus, vel oblocutionibus Superiorum, quorumvis Ordinum, maxime in Angliæ, Politiæ, & Mexicana Diocesis) nihilominus idem exponens pro interesse, & indemnitate dicti Ordinis Min. (cujus directioni præfati Fratres, & Tertiarii sunt subiecti) & ad quem vigore præfate nostre confirmationis, directe concessionis extendantur, ne Litteræ, privilegia, statuta, concessionis, & indulgentiæ præfate debito fructrentur effectu, nobis humiliter supplicari fecit, ut ei in præmissis opportune de benignitate Apostolica dignemur providere. Nos igitur statum, & merita causæ, & causarum Litterarum, privilegiorum, statutorum, concessionum, & indulgentiarum hujusmodi tenores, præsentibus pro expressis habentes, ip-

siomque exponentes à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis (à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lais) in quibus quomodolibet innoctatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari discretioni vestræ, attentò, quod sicut dictus exponens asserit, agitur inter exemptos, per presentes committimus, & mandamus, quatenus vos vel duo, vel unus vestrum, vocatis ad id (qui fuerint evocandi) ad dictarum Litterarum, privilegiorum, statutorum, concessionum, & indulgentiarum hujusmodi executionem, juxta illarum, seu illorum seriem, & tenorem, prout de Jure, auctoritate nostra procedatis. Nos enim vobis, & cuilibet vestrum, quoties, & quot fuerit opus citandi, illisque, & quibus videbitur, sub sententiis, censuris, & penis inhibendi, ac inobedientes in illas incidisse, servata forma Conc. Trid. declarandi, aggregandi, reaggregandi, & interdicendi, cæteraque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, Apostolica auctoritate, plenam, & liberam (tenore præsentium) concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus, cæteri que contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris. 15. Maji 1688. Pontificatus nostri anno decimotertio.

Super scriptio erat. Venerabili Fratri Episcopo Angelo Politano, & dilectis Filiis, nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio in Regnis Hispaniarum residenti, ac Scholastico Ecclesiæ Salmanticæ, & eorum cuilibet. Hæc Bulla videri potest apud P. Engelbertum Pauk, in Tertia Seraphica vinea, c. 19. n. 80. Indulgentia Doctrinæ Christianæ. INNOCENTIUS PAPA XI. Ad Perpetuam rei memoriam. Pietatis, ac Christianæ charitatis opera ubique locorum cum Divini cultus incremento, præsertim sub suavi Religionis Jugo, Altissimo famulantes, & ut ad illa exercenda promptiores reddantur, Indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, prout ad Christianam Religionem propagandam, & animarum salutem procurandam, conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque (sicut accepimus) dilecti Filii, Frater Ordinis Min. S. Francisci de observantia nuncupatorum, inter pia, quæ exercent, opera, etiam adultos, & pueros quoscumque per universum Christianum orbem, Catholicæ fidei rudimenta, & Christianas virtutes omnes rectè doceant. Nos pro nostri Pastoralis officii munere, hoc pium, Christianæque Reipublicæ necessarium opus, & quo hæcenus uberim fructus provenere, ac multò uberiores post hæc ex eo provenientes speramus, confovere volentes, ut eorumdem Fratrum devotio, ad dictum opus exercendum in dies magis augetur, de omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostol. ejus auctoritate consili, supplicationibus etià dilecti Filii Francisci Diaz à S. Bonavent. Commissarii Generalis Curie pro Ultramontana Familia dicti Ordinis, nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus, & aliis universis Christi fidelibus, ubivis locorum existantibus, ac cum iisdem Fratribus ad infrascripta cooperantibus, qui de Superiorum suorum licentia respectivè, ac de consensu Ordinariorum locorum, pueris, & adultis quoscumque Doctrinam Christianam juxta Decreta Conc. Trid. docere, vel eidem (dum docetur) interesse consequerint: si vero penitentes, ac confessi, SS. Eucharistiæ Sacramento, die recto (ab iisdem Ordinariis, in Ecclesiis, in quibus Doctrina Christiana docetur, semel in anno) designando referri fuerint, Plenariam: nec non ipsi (qui verè similes Penitentes, & Confessi, SS. Eucharistiæ Sacramento sumperint, aut id facere non valentes animo contrito Nomen Jesu, saltem corde, in mortis articulo devotè invocaverint) similiter Plenariam omnino peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, Præterea illis, qui pariter verè penitentes, & confessi, semel quolibet mensis SS. Eucharistiæ sacramentum sumperint, septem annos, & tot quadragenas: Qui verò in causa fuerint, ut pueri, famuli, aut quævis aliæ Personæ Doctrinam Christianam frequentent, & qui diebus Stationum almæ Urbis nostræ, hanc Doctrinam in Ecclesiis, aut Oratoriis de Ordinariorum licentia docuerint, ac etiam illi (qui ad eandem dicendam accesserint) eandem indulgentias consequantur, quas consequuntur, & consequi possent, si Ecclesiis Stationum ejusdem Urbis personaliter visitarent: Eandem etiam Indulgentias Visitatores Scholarum Doctrinæ hujusmodi (qui ex commissio-

siomque exponentes à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis (à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lais) in quibus quomodolibet innoctatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari discretioni vestræ, attentò, quod sicut dictus exponens asserit, agitur inter exemptos, per presentes committimus, & mandamus, quatenus vos vel duo, vel unus vestrum, vocatis ad id (qui fuerint evocandi) ad dictarum Litterarum, privilegiorum, statutorum, concessionum, & indulgentiarum hujusmodi executionem, juxta illarum, seu illorum seriem, & tenorem, prout de Jure, auctoritate nostra procedatis. Nos enim vobis, & cuilibet vestrum, quoties, & quot fuerit opus citandi, illisque, & quibus videbitur, sub sententiis, censuris, & penis inhibendi, ac inobedientes in illas incidisse, servata forma Conc. Trid. declarandi, aggregandi, reaggregandi, & interdicendi, cæteraque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, Apostolica auctoritate, plenam, & liberam (tenore præsentium) concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus, cæteri que contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris. 15. Maji 1688. Pontificatus nostri anno decimotertio.

Super scriptio erat. Venerabili Fratri Episcopo Angelo Politano, & dilectis Filiis, nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio in Regnis Hispaniarum residenti, ac Scholastico Ecclesiæ Salmanticæ, & eorum cuilibet. Hæc Bulla videri potest apud P. Engelbertum Pauk, in Tertia Seraphica vinea, c. 19. n. 80. Indulgentia Doctrinæ Christianæ. INNOCENTIUS PAPA XI. Ad Perpetuam rei memoriam.

Pietatis, ac Christianæ charitatis opera ubique locorum cum Divini cultus incremento, præsertim sub suavi Religionis Jugo, Altissimo famulantes, & ut ad illa exercenda promptiores reddantur, Indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, prout ad Christianam Religionem propagandam, & animarum salutem procurandam, conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque (sicut accepimus) dilecti Filii, Frater Ordinis Min. S. Francisci de observantia nuncupatorum, inter pia, quæ exercent, opera, etiam adultos, & pueros quoscumque per universum Christianum orbem, Catholicæ fidei rudimenta, & Christianas virtutes omnes rectè doceant. Nos pro nostri Pastoralis officii munere, hoc pium, Christianæque Reipublicæ necessarium opus, & quo hæcenus uberim fructus provenere, ac multò uberiores post hæc ex eo provenientes speramus, confovere volentes, ut eorumdem Fratrum devotio, ad dictum opus exercendum in dies magis augetur, de omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostol. ejus auctoritate consili, supplicationibus etià dilecti Filii Francisci Diaz à S. Bonavent. Commissarii Generalis Curie pro Ultramontana Familia dicti Ordinis, nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus, & aliis universis Christi fidelibus, ubivis locorum existantibus, ac cum iisdem Fratribus ad infrascripta cooperantibus, qui de Superiorum suorum licentia respectivè, ac de consensu Ordinariorum locorum, pueris, & adultis quoscumque Doctrinam Christianam juxta Decreta Conc. Trid. docere, vel eidem (dum docetur) interesse consequerint: si vero penitentes, ac confessi, SS. Eucharistiæ Sacramento, die recto (ab iisdem Ordinariis, in Ecclesiis, in quibus Doctrina Christiana docetur, semel in anno) designando referri fuerint, Plenariam: nec non ipsi (qui verè similes Penitentes, & Confessi, SS. Eucharistiæ Sacramento sumperint, aut id facere non valentes animo contrito Nomen Jesu, saltem corde, in mortis articulo devotè invocaverint) similiter Plenariam omnino peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, Præterea illis, qui pariter verè penitentes, & confessi, semel quolibet mensis SS. Eucharistiæ sacramentum sumperint, septem annos, & tot quadragenas: Qui verò in causa fuerint, ut pueri, famuli, aut quævis aliæ Personæ Doctrinam Christianam frequentent, & qui diebus Stationum almæ Urbis nostræ, hanc Doctrinam in Ecclesiis, aut Oratoriis de Ordinariorum licentia docuerint, ac etiam illi (qui ad eandem dicendam accesserint) eandem indulgentias consequantur, quas consequuntur, & consequi possent, si Ecclesiis Stationum ejusdem Urbis personaliter visitarent: Eandem etiam Indulgentias Visitatores Scholarum Doctrinæ hujusmodi (qui ex commissio-